



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Catechesis

Rhegius, Urbanus

Magdeburgae, 1543

VD16 R 1734

Illvstrissimo Principi, Francisco Othoni, Brunsvicensium ac
Luneburgensium duci inclyto, puero studiosiſſimo, ueram iusticiam et
salutem in domino.

urn:nbn:de:hbz:466:1-33578

ILLVSTRISSIMO

PRINCIPI, FRANCISCO

OTHONI, Brunsvicensium ac

Luneburgensium duci inclyto,

puero studiosissimo, ueram

iusticiam et salutem

in domino.



MNES ALIAE LI-
tera huius seculi doctum
quidem hominem efficere
possunt, solae autem sacrae
literae pie doctum, & docte
pium reddunt. prima igitur
tibi cura esto, ut uerae pie

tatis dogmata exacte cognita habeas, & unicam
Christianorum sapientiam **C**hristum ex scripturis san-
ctis diligenter discas, a quo sacrosanctum illud nomen
& summam nobilitatem habemus, quod **C**hristiani
et filij dei uocamur. Ita enim et **C**hristus nos hor-
tatur, **P**rimum querite regnum dei & iustitiam
eius. **S**pero autem hanc studiorum tuorum par-
tem, imo caput, nonnihil adiutum iri hac nostra
Catechesi, quam tantopere fidelissimus praep-
tor tuus ac fratrum tuorum, magister **G**uiliel-
mus **M**egales **F**rancus, amicus meus literarius a
me efflagitat. **Q**uare eam tibi copatri meo cha-

A 2 rissimo

rissimo, strenue loco ad instantem domini nata-
lem mitto, **Christumq;** precor, ut adsit ipse stu-
dijs tuis, tuorumq; natalium claritati, & hoc ra-
rum decus addat, ut pie doctus **Princeps** & ha-
bearis & sis. **Ex Phrontisterio meo**

Celle, quarta septimane ante
primam **Dominicam** ad-
uentus, **Anno**
XL.

Urbanus Rhegius.

EVILIELMVS MEGALES.

Francus pio Lectori S.

Qui cupis aetherei pia noscere dogmata Christi
Huc ades, hoc paruum pellege lector opus,
Quod pius ingenua conscripsit Rhegius arte,
In generosorum commoda summa DVCVM
Inde scies sua quae germana potentia LEGIS,
Nostrae & quia fidei SYMBOLA sacra uer-
unt,
Quem sibi deposcat natiuum ORATIO sensum.
Et SACRAMENTA hinc qualia quotq;
scies.